FRANCKESCHE
STIFTUNGEN

# Alte Drucke

# Pavli Castrensis In ... Codicis Partem Patauin[a]e Pr[a]electiones, Francisci Curtij, multorumq[ue]; qui hactenus Doct. incubueru[n]t Appendicibus ...

**Paulus <Castrensis>**

**Lugduni, 1553**

## De translationibus. Rubrica.

**Nutzungsbedingungen**
Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.
Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.
Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

**Terms of use**
All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.
Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.
For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

**urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150729**

Visual Library

a ¶Succedat. Adde Lu do. Ro. in l. ſtipulatio hoc modo. ff. de ver. obli. Abb. in repe. c. eccleſia ſanctæ Mariæ. de conſtit. Pet. de Anch. conſi. cclxviij. incip. pro & contra. Car. conſil. lxviij. inci. in ciuitate trigeſti.

nondum erat cõmiſſa. & quia pactũ ꝙ pro cõmittenda nõ exhæredetur, quia dat materiam delinquẽdi. & dolus futurus remitti nõ poteſt. vt in l. conuenire. ff. de pac. do. & in l. ſi vnus. §. illud nulla. ff. eo. titu. Et ſic
12 nota. †ſecundũ Bal. non valere clauſulam appoſitã in donatione, quod nõ poſsit reuocari propter cauſam ingratitudinis futuræ: licet cõiter in donatione apponaẽ. quod tene mẽti. Et iſtis diebus allegaui iſtud dictũ in quodam cõſilio. Si verò illud ius ſucceſsionis venit perdendũ ex diſpoſitione l.
13 vel ſtatuti, puta. †Dicit ſtatutum ꝙ exiſtẽte maſculo filia dotata nõ ſuccedat ab inteſtato, filia cũ dotatur paciſciẽ cũ patre quod ſibi ſit ſaluũ ius ſucceſsionis, an valeat pactũ? videtur quod nõ: quia hæreditas nõ debet deferri per pactum, ſed per l. vt in l. lege obuenire. ff. de ver. ſig. & j. de pac. cõuen. l. hæreditas. In contrarium. nã iure veteri cũ pater emancipabat filium, ſoluebatur ius agnationis. & per cõſequens ius legitimæ ſucceſsionis. & tamen pater cũ emãcipabat, poterat paciſci quod tale ius remaneret ſibi ſaluũ, & valebit pactũ: licet hodie ſit ſaluum etiã ſine pacto. inſtit. de legi. agna. ſucceſ. §. fi. Bar. tenet hanc partem eo caſu quo pater teſtando poterat prouidere filiæ, nõ obſtante ſtatuto quod loquitur ab inteſtato & ſic nõ excludit à ſucceſsione teſtamentaria. Sed ſi excluderetur ab illa: puta ꝙ nõ poſſet ſuccedere ex teſtamento, vel ab inteſtato: tunc nõ dicit non valere. Tu aduerte ꝙ iſta filia nõ eſt excluſa patre viuẽte. quia ſtatutum eam excludit ſi deceſſerit pater cũ filijs maſculis. & poteſt eſſe ꝙ ipſe habeat maſculos. decedat tamen ſine eis. vnde excluſio venit ſiẽda tẽpore mortis, ſi tunc maſculi extabant. Venit ergo hoc pactum ad conſeruandum ius ſucceſsionis à quo filia nondum eſt excluſa. Item iſta excluſio nõ fiebat per ſtatutum fauore patris, ſed maſculorum cui fauori pater renuntiare nõ poterat. vt in l. ſi vnus. §. ante omnia. ff. eo. Sed ipſi maſculi ſic: vt in l. præcedenti. Dic ergo in vtroq; caſu. ſecundũ Bal. ꝙ aut maſculi cõſentiunt in hoc pacto, & valet vtroq; caſu. Aut non conſentiunt, & tunc ſecus. Nec obſtat ille §. fi. quia nihil facit ad propoſitũ: ibi enim pater promiſsione legis expreſſa poteſt ſibi reſeruare ius legitimæ ſucceſsionis in bonis filij emancipati: non ſic contrà poterat emancipatus reſeruare ſibi ius legitimæ ſucceſsionis in bonis patris. quia iure hoc nõ cauetur, vnde nõ ſuccedebat de iure veteri, nec de iure prætorio per bonorum poſſ. licet hodie ſuccedat de iure ciuili per authen. de hæred. ab inteſta. Cum ergo in caſu propoſito nõ reperiatur lex vel ſtatutum ꝙ permittat filiæ reſeruare ſibi per pactum tale ius. imò in contrarium videtur caſus. ſ. eo. l. pactum. non valebit reſeruatio: quicquid Bar. dicat. Sed ſi maſculi conſentiant, ideo valet: quia videntur renuntiare ſtatuto facto in eorum fauorem. Et hoc præſuppoſito talis filia non ſuccedat patri ex pacto, ſed de iure communi non remiſſo per ſtatutum. Et ſic non obſtat ratio ſ. in contrarium facta de l. lege obuenire. & de l. hæreditas. Si autem poneremus aliquã eſſe excluſam purè & ſimpliciter à ſucceſsione alicuius. Pone exemplum in l. j. j. de ſecun. nup. tunc nullo modo per pactum poſſet recuperare talem ſucceſsionem. quia tunc hæreditas deferretur per pactum, & non per legem: quod eſſe non poteſt. vt in iuri-
14 bus ſ. allega. †Pone exemplum. ſi ſtatutum dicat quòd ingreſſa
a vel ingrediens monaſterium non ſuccedat[a] patri, vel ꝙ ſit excluſa ab hæreditate paterna, præſuppoſita validitate ſtatuti. nã iſta filia eſt excluſa ab hæreditate viuente patre: vnde per pactum non poteſt recuperare. Cætera vide hic per Bar.

## *De tranſactionibus.* *Rubrica.*

*2 ☞ Qualiter plures tutores teneantur, pro parte, an inſolidum.*
*3 In caſu quo tenentur inſolidum, ſi unus tantum conueniatur: an habeat aliquod de quatuor beneficijs, quorum unum uocatur beneficium ordinis uel excuſsionis, aliud diuiſionis, aliud ceſsionis, & aliud utilis actionis.*
*4 Si facta eſt tranſactio cum uno ex ipſis tutoribus ſeu curato. in caſibus de quibus hic, an proſit alteri. & etiam noceat pupillo, uel adulto contra alterum?*
*5 Quare magis uni ex tutoribus uel curatoribus habenti beneficium ceſsionis, ſi ſoluat, & actio non cedatur, datur utilis ex æquitate, & tamen non uni ex fideiuſſoribus qui etiam habent beneficium ceſsionis?*
*6 Si fuit facta liberatio per acceptilationem præcedente aquiliana ſtipulatione, quæ habet uim ſolutionis, an extendatur ad tertium?*

LEX I.

1 NEque pactio. †Liberatio facta per pactum gratuitum, vel per tranſac. vni ex tutoribus vel curatoribus, nõ prodeſt alteri, quominus conueniri poſsit pro mala adminiſtratione. h. d. Et reputatur valde difficilis propter gl. quæ primò præmittit vnum ad euidentiam. vſq; ibi. [cùm igitur]: poſtea determinat caſum de quo quærebatur. Et pone caſum ꝙ iſti tres tutores vel curatores dãnificauerunt pupillum vel adultum in centum, qui poſtea maior factus liberauit duos gratis, & ſic nihil habuit, vel non gratis cum tranſegit cum eis pro viginti, & à reſiduo eos liberauit. poſtea vult conuenire tertium, quem nõ liberauit. vel in totum, vt in primo caſu, vel quatenus ſibi deficit. puta in lxxx. vt in ſecundo caſu. quæritur an poſsit? videbatur ꝙ non: quia cũ teneantur ex eadem adminiſtratione, licet quilibet inſolidum, ſi adminiſtratio nõ fuiſſet diuiſa per teſtatorem, vel per iudicem, videbatur quod liberatio facta illis porrigeretur ad omnes alios, ſicut interruptio præſcriptionis facta contra vnum ex pluribus reis debendi extẽditur ad alios. vt j. de duo. reis. l. fi. Contrarium reſpondetur, præmittendo primò ꝙ tale pactum vel tranſactio non prodeſt alteri quàm ei vel eis quibus eſt facta. & hęc ſit regula generalis. quę traditur in l. ſi vnus. §. ante omnia. ff. de pactis. Ex quo infertur quod iſte tertius poterit conueniri. ſed in quantum? an in totum, an in reſiduo, an in virili, puta tertia parte? nõ declaratur in textu. Sed glo. voluit declarare, quod tamen facere non potuit: niſi primò ſciatur qualiter teneatur, an quilibet pro parte tantum. an autem quilibet inſolidũ. Item eo caſu quo quilibet inſolidum, ſi conueniatur vnus, an habeat beneficiũ ordinis ſeu excuſsionis, quod prius cõueniatur alter inſolidũ, vel diuiſionis, quod prius cõueniatur alter pro parte, ſi eſt ſoluendo. Itẽ an eo caſu quo nõ eſt ſoluendo. & ſic ille conuentus habeat neceſſe totum ſoluere, an habeat beneficium ceſsionis, quod nõ teneatur ſoluere niſi primò cedatur ſibi actio contra alterũ: & ſic non eſt ceſſa, an habeat vtilem actionem. nam iſta quatuor beneficia locum habẽt inter plures tutores vel curatores. non tamen ſemper, ſed aliquãdo vnum. aliquando alterum. aliquando omnia. aliquando nullum, & ſuper hoc declarando gl. inſiſtit. Et vult in effectu quod eo caſu quo ille tertius non haberet aliquod de iſtis beneficijs, poſſet conueniri primo caſu in totum: puta in centum. Secundo caſu in eo quod reſtat, puta in octuaginta, quia quatenus recepit puta. xx. illa trãſactio prodeſt illi tertio. & nocet adulto quominus poſsit illũ conuenire ne bis exigat per l. ſi ex duobus. ff. de tuto. & ra. di. Et hæc colligũtur ex gl. ibi. [his ergo caſibus &c.] Sed eo caſu quo ille tertius haberet aliquod ex prædictis beneficijs, tunc licet mero iure talis tranſactio ſibi nõ proſit quominus poſsit cõueniri, prodeſt tamen in effectu. quia conuentus opponet de tali beneficio, & cum agens nõ poſsit amplius illos duos cõuenire propter ſuã liberationẽ, nec cõtra eos act. cedere. repelletur ab agendo ope exceptionis per l. ſi pupillus. ff. de admi. tut. quæ videtur cõtraria huic l. per l. ſtichũ. §. pe. vel §. ſi creditor. ff. de ſolu. vbi qui tenetur cedere, ſi ſuo facto cedere nõ poteſt: repellitur ad agendo per exceptionẽ cedendarũ. & iſta ſunt quæ voluit gl. à principio vſq; ad illũ verſi. [His ergo caſibus.] per quæ breuibus verbis remanet declarata ſubſtantia. ſed plura re-
2 ſtant in ſingulis caſibus videre. †Et primò qualiter plures tutores tenẽtur, pro parte, an inſolidũ, & hic diſtingue duos caſus. licet gl. faciat plures. primus qñ adminiſtratio fuit diuiſa per teſtatorẽ, vel per iudicẽ: puta ꝙ vnus adminiſtret bona intra ciuitatẽ, alter extra ciuitatẽ, tunc quilibet tenebitur pro ſua mala adminiſtratione, & nõ pro adminiſtratiõe alterius. vt j. de diui. tu. l. j. ideò ſi vterq; malè adminiſtrauit, & trãſactio ſit facta cũ vno pro ſua adminiſtratione, nõ proderit alteri quominus poſsit pro ſua cõueniri. & procederet iſta l. ſine ſcrupulo, & ita intelligi põt tex. dũ dicit [cõmuniterve.] nec iſto caſu tractãdũ eſt de beneficijs de quibus j. vel aliquo ipſorũ, ſed ſolũ eo caſu quo tenẽtur inſolidũ, & ſic alter pro altero. Secũdus caſus eſt qñ nõ fuit diuiſa per iudicẽ, vel per teſtatorẽ, & tunc tene indiſtinctè ꝙ quilibet eorũ tenetur inſolidũ. & ſic nõ ſolùm pro ſe, ſed pro altero: ſiue omnes geſſerunt, ſiue nullus geſsit, ſiue vnus geſsit, & alter nõ. Item ſiue hoc fecerit doloſè, ſiue nõ dolo, ſed culpa: vt mero iure quilibet inſolidum teneatur ad damnum pupilli, vel adulti, vt

ut in l.diuus.ff.de admi.tut.† Secundò eſt vidēdum hoc caſu
quando tenentur inſolidum,ſi vnus tantum conueniatur, an ha
beat aliquod de quatuor beneficijs quę habent locum inter eos,
quorum vnum vocatur beneficium ordinis vel excuſsionis.per
quod poteſt petere vt alter prius inſolidum conueniatur & ex-
cutiatur,& demum eo reperto non ſoluendo deueniatur ad con
uentum.Aliud eſt beneficium diuiſionis.an poſsit petere quòd
alter conueniatur pro parte , & eo reperto non ſoluendo deue-
niatur ad conuentum inſolidum:& non prius. Tertium eſt be-
neficium ceſsionis, ſi in dictis caſibus alter non eſt ſoluendo: &
ſic conuentus neutrum prædictorum habeat, & neceſſe habeat
ſoluere totum,an poſsit petere ſibi cedi actiones contra alterum
qui non eſt ſoluendo , qui poterit poſtea effici ſoluendo cùm
iſte ſoluat pro illo.Quartum eſt beneficium vtilis actionis,ſi di-
cta ceſsio facta non fuit : de quibus beneficijs habetur in l. j. §.
nunc tractemus.ff.de tu.& ra.di.Et ſuper iſto articulo diſtingue
tres caſus.Primus eſt,quando vnus geſsit, alter non. Secundus
eſt,quando omnes geſſerunt , vel nullus geſsit: quia iſti duo æ-
quiparantur.In primo caſu aut conuenitur ille qui non geſsit,
& tunc habet tertium de iſtis beneficijs , ſcilicet ordinis. vt ille
qui geſsit primò conueniatur & excutiatur. Item beneficium
ceſsionis,ſi ille reperiatur non ſoluendo.& ſic iſte qui non geſsit
habeat neceſſe ſoluere pro illo.nam poteſt petere quod actio tu-
telæ vel nego.geſto.quam habet agens,ſibi cedatur cōtra illum
gerentem.Tertium eſt beneficium vtilis actionis,ſi ceſsio facta
non fuit.De beneficio autem diuiſionis non eſt tractandum iſto
caſu:cū ſolùm quando petitur quod alter conueniatur pro par-
te.Prædicta tamen vera:niſi ille qui geſsit hoc fecerit de volun-
tate & mandato non gerentis.nam tunc etiam non gerens vide-
tur geſsiſſe per alium, & ſic non haberet beneficium ordinis.
l.tres tutores.§.non ſolum.ff.de adminiſtratio. tut. & eſſet idem
hoc caſu quod dicam.j.quando omnes geſſerunt. Item proce-
dunt prædicta quando non gerens conuenitur pro malè geſtis,
vel pro neglectis dependentibus ab illis. vt in dicta l. tres tuto-
res.§.item in eo.Si autem pro neglectis ab illis non dependenti-
bus,tunc non habet beneficium ordinis:vt gerens primò excu-
tiatur inſolidum:quoniam in hoc ſunt pares in negligendo. &
erit idem quod infrà dicam,quando nullus geſsit.vt in l.tutores
qui poſt.§.in cum.ff.de admi.tut. Sed econuerſo ſi conueniatur
gerens,nullū de prædictis beneficijs habet contra non gerentē,
ſi conueniatur pro malè geſtis , vel neglectis dependentibus ab
illis.ſic ergo ſi tranſactio vel pactū factū eſt cū gerente,& poſt-
ea conueniatur nō gerēs,licet mero iure poſsit cōueniri, tn̄ in ca
ſu quo ſibi cōpetunt dicta beneficia , vel ſtatim beneficiū ordi-
nis habebit exceptionē in totū:qm̄ actor non pōt excutere gerē-
tem qui primò erat conueniendus & excutiendus.& hoc cōtin-
git facto agentis,ſed ſi tranſactio eſt facta cum non gerente , &
poſtea conuenitur gerens,cùm nullū de prædictis beneficijs ha
beat,non poterit ſe prædicta exceptione tueri:ideo conuenietur
cū effectu vel inſolidū,ſi nihil percepit pupillus,vel adultus:vel
quatenus nō percepit.vt in ſecundo caſu quē poſui ſuper litera.
Si verò oēs geſſerūt,vel nullus geſsit.primò eſt videndum an ſi
vnus cōuenitur inſolidū,habeat beneficium diuiſionis,vt alter
conueniatur pro parte. Et hic fuerunt opiniones inter Azo. &
Hugo.quia Azo dixit diſtinguendū an fuerint in dolo oēs . &
tūc non habēt beneficiū diuiſionis.& iſtā partē tenent Doct.per
l.ſi plures.ff.de admini.tut.Hugo dicebat ꝙ illa loquitur qn̄ non
geſſerūt,ſecus qn̄ geſſerunt doloſè.& hoc refert gloſ. licet nō te-
neat in d.§.nūc tractemus.Sed pro opi.Azo videt̄ eſſe caſus in l.
in magiſtratibus. aliàs habet̄ in l.magiſtratus.la.prima.ff.de ma.
con.quæ per illū allegatur,& fortè verior eſt opi.Azo.per illam
l.Secundò eſt videndū eo caſu quo alter ſit nō ſoluēdo,& ſic nō
conuentus habeat neceſſe totū ſoluere,an habeat beneficiū ceſ-
ſionis.& hic ſeruanda eſt diſtinctio Azo.Aut fuerūt in commu
ni dolo,& non habet:an in culpa tātum,& tūc ſecus. vt eſt caſus
in d.§.nūc tractemus.Sed quæ eſt ratio ꝙ qn̄ ſunt in dolo, nihil-
ominus habēt beneficium diuiſionis,& tn̄ nō habēt beneficium
ceſsionis? Dicūt vltramon.quia beneficium diuiſionis tēdit ſolū
ad defenſionē,ne cōuentus ſoluat totum , ſed poſtquàm ſoluit,
deficiente illo beneficio,ideo non poteſt petere ſibi cedere: quia
illud beneficium tēdit ad offenſam alterius. Item aduertendum
ꝙ iſto caſu qn̄ omnes geſſerunt,aliquando locū habet beneficiū
ordinis:videlicet qn̄ damnum eueniſſet nō cōmuni dolo, vel cō
muni culpa,vel dolo vnius tātum.nam tūc eſſet idem quòd qn̄
vnus geſsit,alter nō per d.§.nūc tractemus.Item in alio caſu qn̄
eſſent tutores diſparis cōditionis:quia vnus teſtamētarius , alter
datiuus datus loco alterius teſtamētarij prædefuncti. nam pro il
lo datiuo nō tenetur teſtamētarius:niſi illo prius excuſſo & fi-
deiuſſoribus eius,& in magiſtratu qui dedit. vt eſt caſus ſingu-
4 laris in l.Lucius.§.cum teſtamēto.ff.de admi.tut.† Ex quibus ap
paret ſi facta eſt trāſactio cum vno in caſibus prædictis,an pro-
ſit alteri,& etiā nocet pupillo vel adulto cōtra alterum. nā qua-
tenus ille alter quem nūc vult cōuenire haberet beneficium ceſ
ſionis vel diuiſionis,poterit cum effectu conuenire : ſed eo caſu
quo non haberet,vt ſi fuiſſent in communi dolo,& alter cū quo
tranſactio eſt facta nō eſt ſoluendo,& ſic non habet iſte tertius
beneficium ceſsiōis,tūc in nullo ſibi prodeſt:& poterit cōueniri
vel in totum,vel in eo quod deficit.Et ex prædictis ſunt omnia
declarata melius quam declaret Bar.Et aduerte ad tria:ne gl.fa-
ciat te vacillare:primò quia tex.loquitur per vnum modū,& gl.
per alium: tamē tēdūt ad eūdem effectum:quia tex. dicit ꝙ trāſ-
actio facta cum duobus nō prodeſt tertio. glo. dicit ꝙ nō nocet.
intellige.ſ.ipſi pupillo vel adulto quominus poſsit tertium con-
uenire.nam ſi nō prodeſt tertio:ergo nō nocet adulto, & ſic idē
eſt dicere.& vbi prodeſſet tertio ope exceptionis , vt in caſibus
ſuprà tactis,ibi nocet adulto.Item dum gl.dicit circa mediū ibi.
[in tertio & quarto dic idem ius &c.] Intellige hoc modo.nō ꝙ
ſit idem ius quod in proximo præcedēti caſu tacto per gloſ. ſed
vult dicere ꝙ tertius & quartus caſus parificantur , & quod ius
eſt in vno,eſt etiā in altero,ꝙ aūt ſit illud gl.poſtea in verſi. [his
ergo caſibus. ]declarat.ex quo apparet ꝙ eſt ius diuerſum ab il-
lo quod eſt in proximo præcedēti caſu.Tertiò & vltimò inquā-
tùm dicit gl.[electo gerēte vel electo vno &c.]intellige de elec.
quæ fit faciēdo pactū,vel trāſactionē cū vno.nā ille videtur per
5 hoc eligi.† In vltima aūt.q.glo.quærit.quare magis vni ex tuto-
ribus vel curatoribus habēti beneficiū ceſsiōis ſi ſoluat, & actio
nō cedatur,datur vtilis ex æquitate,& tn̄ nō vni ex fideiuſſori-
bus,qui etiā habēt beneficium ceſsionis:& ſi totū ſoluat, poteſt
petere ꝙ cedatur ſibi actio nō ſolùm cōtra principalem: ſed etiā
cōtra fideiuſſores,& tamen ceſsio nō eſt facta, nō habet vtilem
actionem contra fideiuſſores.vt l.fideiuſſor.ff.de fideiuſſo.& ra-
tione diuerſitatis gloſſ.aſsignat hic aliquas rationes, quæ repro-
bantur per Doct.& dicunt quòd vera ratio ponitur per gloſſ. in
l.ex facto.ff.de nego.geſt.in fi ma.gloſſ.quia vnus ex tutoribus
ſoluendo totum,gerit negotium cōtutoris ſicut ſuum: ſed vnus
de fideiuſſoribus ſoluendo,nō gerit negotium confideiuſſoris:
cùm illud ad eos nō pertineat ſed gerit negotium principalis de-
bitoris:& cōtra illum habet actionem mādati,etiam actione nō
ceſſa.ideo etiam non datur vtilis.quæ directa competit credito-
ri.Et ſi dicatur.imò gerit negotium cōfideiuſſorum,quia ſicut li
beratur reus principalis,ita & alij confideiuſſores.Gloſ.reſpon-
det quòd iſtud nō cōtingit officio geſtionis , ſcilicet ex eo quòd
ille gerat negotiū illorum,ſed cōtingit in conſequentia ſol. quia
liberato principali in cōſequentiam liberātur fideiuſſores : cum
exceptio quæ incipit principali competere, ad fideiuſſores trāſ-
6 eat,vt in l.exceptiones.§.rei.ff.de excep.† Vltimò quia iſta l.lo-
quitur quando liberatio fuit facta per pactum gratuitum & nō
gratuitum,de cuius pacti natura nō eſt quòd pactum vnius ex-
tendatur ad alterum,etiam ſi ſint correi. vt l.iij. §. nunc de effe-
ctu.ff.de lib.leg.quia non habet vim ſolutionis. Quæritur quid
ſi fuit facta liberatio per acceptila.præcedēte aquiliana ſtipula.
quæ habet vim ſolutionis,an extendatur ad iſtum tertium? vi-
detur quòd ſic per illum §.nunc de effectu.Breuiter aduerte ple
nius quàm dicat Bart.quòd in caſu iſtius l.Si adminiſtratio fuit
diuiſa per teſtatorem , vel iudicē,cū quilibet eorum teneatur de
ſua tātum adminiſtratione,talis acceptilatio habet vim ſolutio-
nis ſolum in eo ad quod ipſe tenetur:& ideò etiam tunc nō pro-
derit alteri:ſed ſi nō erat diuiſa,& quilibet tenebatur inſolidum
mero iure,licet aliquando habeat aliquod de prædictis benefi-
cijs,aliquādo nō.vt ſuprà dixi. tūc ſi liberatio fuit facta vni per
acceptilationem gratis factam, & ex liberalitate , non ex cauſa
tranſactionis,tunc indiſtinctè prodeſſet alteri:quia haberet vim
ſolutionis in tota quantitate ad quam ille mero iure tenetur,
poſito quòd in effectu non teneretur propter dictum benefi-

a ¶Age. Adde iſtũ tex tum cũ gl. ꝙ imperatiuũ relatũ ad eũ cuius cõmodo agitur, nõ importat neceſſi tatẽ: ſed cõſiliũ facit l.ij. in fi. & ibi Bar. ff. mand.

b ¶Scripturis. Adde quia tũc ex quo ipſi per acta hoc fit notoriũ, ipſe ſupplet de facto etiã parte nõ petente ita Ange. in l. ſi pars. ff. de inoffi. teſt. per l. vbi. j. eo. & in l. fi. ff. de per. hæ. Alex. de imol. in l. eũ qui ita. §. q ita. ff. de ver. obli. & in l. iiij. §. hoc autẽ. ff. de dam. infec. & ibi plenè de materia. Cur.

cium: quia largè eſt interpretanda talis liberatio fauore libertatis. & hoc per illum §. nunc de effectu. qui etiam hodie locum habet; licet hodie plures rei debendi habeant beneficium inter ſe diuiſionis ex noua conſtitutione de duobus reis. & etiam olim habebant beneficium ceſsionis, & vtilis actionis, quando erant ex cauſa onerosa. iuxta not. in l. j. j. de duob. reis. Sed ſi eſſet facta liberatio iſta non ex mera liberalitate, ſed ex cauſa tranſactionis, quæ eſt ſtricti iuris. vt patet j. eo. l. iij. & l. ſi de certa. tunc non haberet maiorem vim quàm ſimplex pactum. & ideo eo caſu quo pactum nõ prodeſſet alteri nec etiam acceptilatio proderit: quæ debet intelligi ſecundũ naturam act. ſeu cõtractus ſuper quo fit. arg. in l. ſi ſtipulatus. ff. de vſu. & quod habet in l. ſi legati ſerui nomine. de lega. j ad quod facit quod nota. in ea. l. ſi de certa. & l. ſi cauſa cognita.

LEX II.

1 CVm te proponas †Propter litem etiã de facto motam, vel quæ ſperatur moueri, poteſt fieri tranſactio. & debet obſeruari. h. d. In text. ibi. [ hæreditate. ] ſubaudi paterna, quæ fortè ex forma ſtatuti ad te ſolum pertinebat iſta ſorore exclusa: ſed illa prætendebat ſe debere ſuccedere vnà tecum: ſed certè nulla eſt dubitatio in iure. vnde videbatur ꝙ trãſactio per te facta cum illa non valeret. quia tranſactio fit ſuper lite. & lis eſt de aliquo dubio. & hic nulla erat dubitatio, potiſsimè ſi adhuc lis de facto non erat mota in iudicio. vt in l. j. ff. eod. Et his non obſt. determinatur contrarium ꝙ ſufficit quod lis ſit de facto, licet non de iure quod ſperatur moueri: licet adhuc non ſit mota. & ad hoc ſemper allegatur iſta lex. per quam declaratur l. j. ff. eo. ſed obſt. vnũ contrarium difficile, quia ſecundum hoc lis quam mouebat ſoror, vel ſperabatur moueri, erat manifeſtè calumnioſa. ergo vitiatur tranſactio per l. in ſumma. in princi. ff. de condi. inde. Gloſ. hic ſuper verbo [nulla. ] ſoluit, ꝙ iſtud procederet ſi iſta ſoror fuiſſet actrix, & tu reus, quia poſsidebas. Nam dolus & calumnia actoris in litigando vitiant tranſactionẽ. Sed ſi illa ſoror erat rea, quia poſsidebat, & tu actor, tũc dolus & calumnia rei non vitiant tranſactionem: quia potius toleratur reus malitioſè ſe defendendo, quàm actor calumnioſè moleſtando. & iſta eſt cõmunis opi. de qua no. j. eo. l. ſub prętextu. la j. & hoc quãdo dolus fuit cõmiſſus in litigando. Si autem in trãſigendo, non diſtinguitur ex qua parte committatur ſecundũ Iac. but. vt ibi not. ſed Bal. tenet ibi contrarium. & ibi tangam.

2 *Quando petitio eſt generalis, & tranſactio ſpecialis, an præiudicet in his, de quibus eſt tranſactum?*
3 *Petitio ſi eſt generalis, an ſententia abſolutoria proſit abſoluto etiam in nõ proſecutis?*
4 *In his quæ conſtant iudici ut iudici, poteſt iudex de facto ſupplere.*

LEX III.

a
1 AGe cum geminiano. †Si petatur pars pecuniæ debitæ, & ſuper illa tranſigatur. non extenditur tranſactio ad alteram partem. h. d. ſecundũ vnum intellectũ: qui tangitur in glo. ſuper verbo [nominatim, ] ſecundum quem hic tenebatur ad certam quantitatem: puta ducenta ex vna ſpecie tan
2 tum adminiſtrationis. †Secundum aliũ intellectũ dicit. ꝙ quando eſt petitio generalis, & tranſactio ſpecialis, non præiudicat niſi in his de quibus eſt tranſactum, & ſecundũ iſtum intellectũ tenebatur iſte ad centũ ex vna ſpecie, puta ex mala adminiſtratione ſalis. & ad alia cẽtum ex alia ſpecie, vt ex mala adminiſtratione frumenti. Et iſte adultus generaliter petijt iſtum compelli ad reddendũ rationem adminiſtrationis, & reliqua: quæ petitio cõprehendebat vtrunq; debitum: poſteà in proſecutione nõ fuit proſecutus niſi primũ, & ſuper illo tranſegit, recipiendo partem de centum, & ipſum liberando ſimpliciter ab eo quo ipſe tenetur. vnde videbatur quod eſſet in liberatione ab alijs centũ, propter generalem petitionẽ in qua cõprehendebantur, & propter ſimplicẽ tranſactionem vel liberationem, cum qua etiam poterant cõprehendi. Sed contrarium eſt verius: quia talis liberatio reſtringitur ad proſecuta, non attenta generalitate petitionis. & hoc vult iſta l. ſecundũ aliam lectu. quam voluit gloſ. fi. quæ di
ſtinxit. Sed plenius dic vt in l. ſi de certa. j. eo. † In glo. fi. in prin. 3
ibi. [quod nõ placet &c. ] vult dicere. gl. ꝙ in ſecunda lectu. illa generalis trãſactio reputatur ſpecialis, quia reſtringitur ad proſecuta. & ſic ipſo iure non facit pręiudicium in alijs capitulis, in quibus nõ eſt facta proſecutio, nec eſt neceſſaria replicatio. ſed quando petitio eſſet generalis, & proſecutio ſpecialis, & ſententia generalis, quia nõ fuiſſet tranſactũ. ſed lata ſententia abſolutoria ſimpliciter, tunc quia de natura ſentẽtiæ eſt ſe referre ad petita. vt in l. fi. j. de fideicõ. lib. mero iure faceret prędiciũ in omnibus deductis, ſeu quæ includuntur in generali petitione. ſed de æquitate reſtringitur ad proſecuta, Ideo eſt opus replicatione. quia mero iure talis ſententia abſolutoria prodeſt abſoluto etiam in nõ proſecutis. ſed ſi opponatur exceptio rei iudic. replicabitur de proſecutione non facta in illo, & niſi replicaret, ſuccũberet actor & iſte eſt caſus in l. licet. j. de iud. Sed in caſu legis noſtræ viſo inſtrumento tranſact. ſi reus exciperet, licet actor non replicaret, quia cõſtat iudici iſtã tranſactionẽ non extendi vltra niſi ad proſecuta, dabit ſententiam pro actore: ſupplendo in his quæ cõſtant ſibi vt iudici. & dicuntur conſtare vt iudici quãdo
b conſtãt ex ſcripturis productis vel atteſtatiõibus receptis, aliàs non debet ſupplere de facto: vt hic. quod dic vt j. vt quæ deſunt aduo. par. l. vnica. & per Bal. in l. iiij. §. hoc autem iudiciũ. de dã.
4 infec. & ita declarat gl. ſuper verbo iudicij. † Nam ad hoc allegatur iſta l. ꝙ in his quæ cõſtant iudici, vt iudici poteſt iudex de facto ſupplere. nam dicit Imperator ꝙ ita debeat agere, & aduerſarius excipiet de tranſactione, oportebit ꝙ producat inſtrumentum, quo producto iudex videbit ſuper quo trãſactio facta fuit. & licet videatur dicere ꝙ hoc cõtingat eo quia actio intentata. ſ. nego. geſt. erat bonæ fidei. Doct. dicunt idem ſi erat ſtricti iuris. quia ſemper poteſt ſupplere de facto in his quæ conſtant ſibi vt iudici. Cætera circa diſtinctionem. glo. quæ ſequitur. dic vt in l. ſub prætextu. la ij. & l. ſi de certa. j. eo.

2 *Quando reus non obſeruat tranſactionem, & actor ſic, qualiter ſuccurratur actori: & quid ſi actor non poteſt plene obſeruare. & quid e conuerſo. & nu. 1. 3. & 4.*
3 *Si actor fuit dolo inductus ad tranſigendum, an tranſactio ſit nulla?*
4 *Vbi datur alia actio, non datur de dolo.*
5 *Quando plus extendatur diſpoſitio inter viuos, quàm vltima voluntas?*
6 *Dictio niſi, quid importet?*

LEX IIII.

1 ACtione. †Actor ſeu creditor dolo inductus ad tranſigendum per debitorem, ad actionem penitus extinctam redire non poteſt: ſed ei per actionẽ doli ſuccurritur ad intereſſe, niſi ſuper illa actione etiam fuerit tranſactum. h. d. ſecũdum lec. Azo. quam gl. hic videtur tenere. & etiam Bal. & do. Raph. qui dicit ꝙ non videt qualiter poſsit ſuſtentari alia lect. ſed ſecundum Pileum ſeu Pila. h. d. Si reus non obſeruat tranſactionem actori qui etiam non plenè poteſt obſeruare. facit tamen quicquid poteſt, ad actionẽ extinctã non datur regreſſus: nec poteſt agere vt impleatur trãſactio, ſi non interuenit ſtipulatio, ſed ſimplex pactũ. ideo in ſubſidium ſuccurritur ſibi per actionem de dolo ad intereſſe: niſi ſuper ea ſit tranſactum. h. d. in effectu. Et ſic aduerte. quia in prima lect. reus volebat implere tranſactionem, ſed actor nolebat recipere, nec etiam ipſe volebat implere: ſed eam reſcindere, quia dolo fuerat inductus. In ſecunda verò lec. e conuerſo reus non ſeruabat tranſactionem, ſubaudi nec poterat compelli ad obſeruãdum: quia nõ interuenerat ſtipulatio: ſed ſimplex pactum. Item pactum illud non erat veſtitum rei interuentu: quia actor nõ plenè impleuerat, nec poterat implere ex perſona ſua: quia promiſerat amplius à reo non petere, nec ipſum moleſtare ſuper debito: & poſtea pro obſeruatione huius liberauerat reũ per acceptilationem: nam per hoc non videbatur perfectè impleuiſſe, cũ illa verba intelligãtur tam de iure quàm de facto. vt no. s. ti. j. l. j. in fi. gl. mag. & tunc licet de iure nõ poſsit, poteſt tamen de facto. nõ tanquam nõ plenè vel perfectè impleuerit. & licet fecerit quicquid potuerit, nõ datur actio præ. ver. vt ſibi impleatur. cum illa detur niſi ei qui perfectè impleuit. vt l. naturalis. §. j. & l. ob eam. ff. de præſ. verb. & tunc datur vel vt ſibi impleatur, vel ad intereſſe, quia non impletur: nam ex hoc illud pactum nudum quaſe reus

ſe reus obligauit, veſtitum eſt rei interuentu quo ad pariendam
actionem ipſi actori, vt in l.iuriſgẽtium.§.j.ff.de pac. In ſubſidiũ
ergo deficiente alia actione huic actori, quæ datur iuris rigore,
poſtquam fecit quicquid potuit, ſuccurritur ſibi de æquitate ad
intereſſe contra reum nõ implentem. & iſte eſt caſus ſingularis
huius l.ſecundũ lect. Pla.ſeu Pilei.quã glo.declarat in ver. [ vel
tertio. ]Et puto eam eſſe veriſsimam, quam etiam ſequitur Bar.
Nam ſecundũ primam lect.iſta l. modicã dubitationẽ haberet.
Sed d.Rapha.dicit ꝙ iſta lectu.eſt periculoſa, propter difficiles
obiectiones quæ fiunt contra eam:ſed ſtatim reſpondebo clarè.
2 †Et ſecundũ iſtam lectu.iſta lex incipit tractare de vna materia
quando reus non obſeruat tranſactionem, & actor ſic, qualiter
ſuccurratur actori.de qua etiam tractatur in l.cum mota.j.eo. &
in l.ſiue apud acta.quæ ſimiliter ſunt difficiles valde. in l.ſi pro
fundo.quæ loquitur quando reus impleuit, ſed non perfectè. de
hoc etiam tractat.l.cum proponas.ſ.tit. j. cũ illa loquitur quãdo
actio non erat extincta ipſo iure, ſed iſta & etiam l.cum mota.lo-
quuntur quando erat extincta.ſ.per acceptilationem, vt in hac l.
vel per mortem actoris.vt in l.cum mota. Aliquãdo econuerſo
reus obſeruat tranſactionem, ſed actor venit contra, & tunc lo-
quitur l.vbi pactum.& l.ſi quis maior.j.eo.quæ ſimiliter ſunt dif
ficiles.& iſta præbent magnam introductionem ad intellectum
huius l.cum ſua gl.quæ reputatur valde ſubtilis. & dicit Bart.ꝙ
3 eſt iſta de medula iuris ſicut aliqua quam ipſe ſciat. †Contra lect.
Pilei.opp.quia ſi actor fuit inductus per dolum ad tranſigendũ,
videtur tranſactio nulla: quia facta ſuper actione bonæfidei.ſ.
vel neg.ge.nam ſicut contractus vel quaſi eſt bonæfidei, ita &
diſtractus.vt nota.j.ſub prætextu.& dolus dans cauſam contra-
ctui bonæfidei, reddit ipſum ipſo iure nullũ.vt l. & eleganter. in
princ.ff.de dolo.ergo & tranſactio quæ dicitur diſtractus. ergo
actio prima non eſt ipſo iure ſublata:& poteſt iſte actor ad eam
redire.cuius contrarium hic dicitur.Sol.aliud eſt trãſactio, aliud
liberatio quæ fit pro executione tranſactionis:ſicut aliud eſt vẽ-
ditio, aliud traditio:ſed poſito quòd vẽditio ſit nulla propter do-
lum dantem ei cauſam, traditio tñ non eſt nulla:quia l. facti eſt.
& ex ea transfertur poſſeſsio.vnde dixit Bal. præceſsit venditio
vt infirma, ſecuta eſt traditio vt infirmanda per actionem de do
lo.vt no.in d.l.& eleganter.Eodem modo hic tranſactio eſt nul-
la, ſed liberatio facta per acceptilationem non eſt nulla, imò va-
let, ſed retractatur per actionem de dolo.quia aſsimilatur tradi-
tioni, cũ trahat ſecum executionem.ita not.j.e.l.ſub prætextu. la
prima.Adhuc oppo.ꝙ non agat acti.de dolo, cum poſsit agere
condi.ob cauſam, vt ſe reponat in priſtinam obligationem. vt l.
ſi quis accepto.ff.de condi.ob cauſam.Solu.non eſt verum:quia
illa datur ex eo ꝙ cauſa non impletur, ſed hic non ſtat per eum
quominus impleatur:ſed per actorem qui dicit ſe deceptũ.Con-
tra lect.Pilei extra glo.oppo.primò.ꝙ ſi reus non ſeruat tranſac.
poſsit actor redire ad actionem primam.vt ſ.tit.j.l. cùm propo-
nas.Solu.ibi non erat extincta, quia non interuenerat acceptila-
tio, ſed pactum:hic ſecus.Sed contrà. quòd etiam ſi non erat ex-
tincta, non poſsit ad eam redire:vt j.e.l.ſi pro fundo. Sol.in illa l.
poterat agere præſcript.verb.vt ſibi impleretur tranſactio.ideo
odio litis non permittitur ſibi vt redeat ad actionem primam, &
tranſactionem reſcindat, poſito quòd reus non plenè adhuc im-
pleuit ex parte ſua.facit tamen quòd potuit. Et hoc eſt ſingu-
lare per l.illam ſi pro fundo. quòd vbi poteſt agi ad obſeruan-
tiam tranſactionis, non poſsit agi ad ipſam reſcindendam, etiam
4 cauſa non impleta. †Sed iterum oppo. de l.cum mota. j.eodẽ.
vbi querela erat extincta ſicut hic actio prima, & tamen nõ agi-
tur de dolo, ſed præ.ver.vt impleatur tranſactio, etiam ſi nõ in-
teruenit ſtipulatio. Solu.ibi actor impleuerat perfectè ex parte
ſua, & ſic poterat agere vt ſibi impleatur ſecundum vnam lect.
hic autem non perfectè impleuerat: quia promiſerat nunquam
petere:ideo non habet actionem vt ſibi impleatur. Breuiter his
non ob.gloſſ.reprobat hanc lectu.duplici ratione. prima: quia
vbi datur alia actio, non datur de dolo vt l.j.§.ſi quis.ff. de dolo.
Sed hoc poſt reus non implet ſi actor vult agere ad reſcinden-
dam tranſactionem, quia cauſa non impleta poteſt agere cõdi.
ob cauſam, vt reus ſe reponat ad priſtinam obligationem. vt in
d.l.ſi quis accepto.ff.de condi.ob cauſam. Item alia ratione:quia
iſte contractus videtur fuiſſe contractus innominatus [a] do vt
des, vt remittere ſit dare, ex quo oritur actio præſcript. verb. vel
vel ad intereſſe, quia non impletur, vel vt
impleatur vt ff.de præſcrip.verb. l. natura-
lis.§.j.& l.ob eam.& ſic debet ceſſare actio
de dolo.cuius contrarium hic dicitur. Et
per iſtud Azo ab iſta lect.receſsit.& poſuit
primam gl.tamen dicit poſſe hanc lectu.ſu-
ſtineri.reſpondendo dictis obie. primò. ꝙ
licet poſsit agi vt ſe reponat in priſtinã ob-
ligationem, tamen ad hoc agitur certi con-
dictione generali, non cõdi.ob cauſam. &
ita intelligatur.l.ſi quis accepto. cum qua
generali concurrit actio de dolo, licet non
concurrat cum ſpeciali.Sed hoc reprobat,
quia l.ſi quis accepto.debet intelligi ſecundùm materiam tit. &
ſic de condi.ob cau.cum qua actio de dolo non concurrit. vel
dic ſecundùm gl.quòd licet loquatur in condi.ob cauſam, tamẽ
non habet locum illa l.niſi quando debitum remiſſum erat liqui
dum:ſed hic non poteſt agi condictio ob cauſam, vt ſe reponat
in primam obligationẽ, meritò datur actio de dolo: ſed nec iſta
placet.quoniam illa l. etiam habet locum quando debitum non
erat liquidum.vt patet ex ibi notatis, vt reponat ſe in eo ſtatu in
quo prius erat. Sed quidam hanc approbant dicentes quòd qñ
debitum non erat liquidum, tunc remittere non eſt dare, ſed fa-
cere contra, licet poſsit agi condi.ob cauſam:attamen iſte contra
ctus dicitur facio vt des. ex quo oritur actio de dolo ſecundùm
naturam contractus, quæ concurrit tunc cum dicta condictio-
ne.vt in l.naturalis.§.quod ſi faciã.ff.de præſc.verb. ſed nec hoc
placet:quia tunc eſt hoc verum quando ex eo quod factum eſt
nihil adeſt aduerſario.ita intelligitur ille §.ſed quando adeſt, tũc
oritur actio præſcrip.verb.ſicut eſt do vt des.vt j.eod.l. cum mo
ta.ſecundum communem intellectum, ſed hic aderat liberatio.
vnde gl.tertiò pro ſuſtentatiõe huius lect. dicit in effectu quod
debent intelligi hæ lectu.ad hoc vt poſsit procedere, quando
actor nõ plenè impleuerit ex parte ſua, quia promiſit nunquam
petere. quod intelligitur de iure & de facto. & ſic non implet
quouſque viuit: quia licet deliberauit, & ſic de iure non poſsit
petere, poteſt tamen petere de facto.vt not.per gloſſ. infrà.l.j.in
fin.mag.glo.ſuprà.titu.j.ſicut ergo non poteſt agere præ. verb.
vt ſibi impleatur, poſtquam ipſe non impleuit:ita nec poteſt a-
gere condict.ob cauſ. vt ſe reponat in priſtinam obligationem:
quia illa cond.datur propter moram non implentis, ſed hic reus
non conſtituitur in mora ſi actor non impleuit.l. Iul.§.offerri. ff.
de act.emp.& Bart.ſuſtinet hanc lectu.per hanc rationem. Bal.
contrà:quia ſufficit quòd fecerit quicquid potuit, illum liberan-
do per accepti. Sed hoc non eſt verum: quia qui duo promit-
tit, non ſatisfacit ſi vnam tantum facit rem contra notata in d.l.
j.in fin.magn.gl.ſed do.Raph.fortius arguit contra Bar. quia nõ
eſt verum ꝙ cõdictio ob cauſam ſolum detur quando aduerſa-
rius eſt in mora implendi.hoc enim reprobat gloſſ.in l.ij.§.ij.de
condi. ob cau. & dicit quòd ſufficit cauſam non eſſe impletam.
licet non ſit in mora.vt ſi dedi tibi x. vt vadas pro me Romam:
licet fueris impeditus, & ſic non fuiſti in mora, datur mihi con-
di.ob cauſam ad repetendum.vt ibi not.ſed ego addo rationẽ
fortem:quia ſi actor non impleuit ex parte ſua, reus nihil dolo
facit ſi non implet. quare ergo datur contra eum actio de dolo?
propter hoc d.Raph. dicit quòd non videt qualiter iſta lectura
non poſsit ſuſtineri. Breuiter puto contrarium, quòd non ſit ve-
rum quod dicit Bart. vt requiratur mora.nam in hoc do. Raph.
dicit melius:ſed dico quod huic actori qui perfectè non imple-
uit, nec actio pręſcrip.verb.nec condictio ob cauſam datur pro-
pter cauſam ſibi non impletam: quoniam iſtæ actiones dantur
ſecundùm iuris rigorem.& ſic ei qui perfectè impleuit. verum
quia actor fecit quicquid potuit liberando, licet reum non con-
ſtituerit in mora de rigore, attamen ſecus de æquitate:quia con-
ſtituit in mora.& etiam dolo:quia deberet ſibi ſufficere quòd ta-
liter eſt liberatus ꝙ de iure non poteſt conueniri. ideo de æqui-
tate ſuccurritur actori per actionem de dolo.& iſte eſt verus ca-
ſus huius l.ita ſuſtentatus, vt fiat differentia inter rigorẽ & ęqui-
tatem, quæ tollit omne contrarium.licet glo.iſtam finaliter non
teneat, ſed primam lectu. Azo.quæ modicam dubitationem ha-
5 bet. †Ex prædictis recollige hic de publici dolo.ſ.de illo qui fuit
cõmiſſus in inducẽdo actorẽ ad trãſigẽdũ, & ſic à prin.vt in pri-

[a] Cõtractus innominatus. Adde ꝙ in cõtractu innominato eſt locus pœnitentiæ ſecundũ gl. & Doct. in l. ſi cũ fundum. ff. de pact. Fallit fauore dotis. vt in l. ſi ergo. in §.j. ff. de iure dot. Bar.in l.ij.in §. ſi pecuniam.in fi.ff. de dona. Bal.in l.ſicut. C. de act.& obl.& in l. mandatum.in iij. co. C.manda.

a ℭDictionis niſi. Ad de Ange.in l.ſi eũ. in §. qui iniuriarũ. ff. ſi quis cau.& per Dy. in regula peccatũ. de regu.iur. libr. vj.per Alex. de imo.i d.§.q iniuriarũ. & in ſuo cõſi.xciij.col.ij.circa mediũ.in j. vol.& in conſi.xx.in fi. in iiij. vol.& in cõſi.clij.co. ij. verſ.nec obſtat. in v. vol.Cur.

b ℭCõtractus innominatus. Adde qui ſint cõtractus innominati. dic octo. de quibꝰ enumerat.Andr.in l. naturalis. ff. de præſcrip.verb.

c ℭVerbum ſuſcipiẽs. Adde §. ſic itaq;. inſti.de act.

ma lec.de illo qui cõmittitur poſt in nõ ſeruando tranſac. vt in ſecũda.Eſt dare tertiũ dolũ ſcilicet cõmiſſum in adminiſtratione, ſi iſte curator dãnificauit adultũ in aliqbus per culpã,an per liberationem ſimpliciter poſtea factã inter viuos, cenſetur liberatus ab vtroq;. De hoc tangit gl. fi. quæ ſemper allegatur,& tenet quod ſic.licet ſit ſecus in legato liberationis eidẽ facto.quia non cõprehendit illa in quibus fuit dolus cõmiſſus:& in quibus ratione doli tenetur:ſed ſolùm illa in quibus tenetur ratione culpæ.l. ſi quis rationes. & l. Aurelio.§. Caius.ff.de libe.leg.& dic vt ibi pleniſsimè per Bar.de iſto articulo. & iſta gl. tanquã ſing. ſemper allegatur, ꝙ plus extendatur diſpoſitio inter viuos quàm vltima voluntas.Sed in cõtrariũ facit.quia fauorabilior eſt vltima voluntas.vt in l.in teſtamentis. de reg.iur.ſed dic quod in fauorẽ doloſi non eſt fauorabilior : cum fiat propter merita legatarij, & doloſus non meretur. Sed qui liberat inter viuos, ſibi imputet quare ſe non reſtrinxit.
6 †De materia verò iſtius dictionis niſiª quæ aliquãdo ponit, ali-
a quando priuat.de quo dic vt hic per Cy.vide per Bart.in l.ſi eũ. §.qui iniuriarum.ff.ſi quis cau.& in addi.Spec.in tit.de ſpon.

### LEX V

1 CVm te. †Valet tranſactio, licet ſcriptura non ſit inde confecta.h.d.De hoc vt ſ. titu.j.l. pactum ꝙ bonafide.Hic nõ ſunt alia. venio ad ſubtilem. l.cùm mota inofficioſi querela.

2 *Verbum ſuſcipiens. an etiam importet tranſlationem dominij?*
3 *In his quæ non tranſmittũtur ad hæredes, promiſſio de non agendo reſtringitur ſolùm ad perſonam promittentis:non autem hæredum: niſi fuerit expreſſè dictum de hæredibus.*
4 *Actiones non tranſitoriæ ad hæredem fiunt tranſitoriæ per litis conteſtationem: niſi à litis conteſtatione fuerit per conſenſum partium receſſum.*
5 *Cùm quis renunciat propter aliquid ſibi dandum, uel fiendum,an uideatur renuntiatio conditionalis,uel modalis,ſi aliud non apparet?*
6 *Contractus innominatus quando ex una parte uenit datio, ex altera factum, an ſit contractus facio ut des,an uerò do ut facias,& quæ actio detur?*
7 *Contra reum non ſeruantem tranſactionem, quando poſſit actor ad actionem primam redire?*

### LEX VI.

1 CVm mota. †Ad querelam extinctã non datur regreſſus, licet reus tranſactionem ſeruet:ſed contra ipſum per actionem ex ſtipulatione ſi interuenit,vel præ.verb.ſi non interuenit,ad intereſſe ſuccurritur actori qui ex parte ſua impleuit. h. d. iſta ſubtilis lex propter oppoſitiones quæ formantur contra eam. & primò determinat caſum propoſitũ vſq; ibi. [verũ.] ſed contra actorem poſtea ſibi conſulit & prouidet.vſq; ibi.[aut enim.] poſtea ſuam prouiſionem declarat.In text.ibi [cũ diuerſa parte.] id eſt cũ hærede ſcripto à patre matris veſtræ,quæ fuit in illo teſtamẽ
to exhæredata. In tex.ibi.[partẽ bonorũ. ]no.hic iuncta gl.quę
b dicit ꝙ iſte fuit contractus innominatusᵇ do vt facias. †ꝙ iſtud
2 verbũ ſuſcipiensᶜ.importat tranſlationẽ dominij. ſi ergo promit
c tis mihi ꝙ recipiã à te, vel ſuſcipiã talem rẽ. videris promittere dare,& dominiũ trãſferre. In contrariũ videt̃ tex.in l.naturalis. §.j.de præſcr.verb.ꝙ importet potius factũ quàm dationẽ.Bart. ibi dicit ꝙ ſi apponatur ad certã ſpeciẽ,importat factũ & ſimplicem traditionẽ.vt ibi.Si verò alicui generi opponat̃. puta alicui quotæ,vt ꝙ ſuſcipiã quartã partẽ bonorũ,tũc importat dationẽ. vt hic.& vide per eũ.ff.de ver.obli.l.ſi fundũ præſtari. In tex.ibi [in id quod intereſt.] Cõtra iſtũ tex.op.quia in obligationibus dandi nõ ſuccedit obligatio ad intereſſe.vt in l.vbi autẽ.in fi. de verb.obl.Sol.verũ eſt niſi in contractibus innominatis. d.l.naturalis.§.j.& no.per Pet.& Cy.in l.j.j.de ſen.quæ pro eo*quod intereſt profe.*& per Barto.in l.ſtipulationes nõ diuiduntur.§.j. ver.Celſus.de ver.ob.& patet per iſtũ tex.iuncto eo quod ſtatim dixi. Item adhuc opp.ꝙ imò debeat agi vt obſeruetur trãſactio, & detur illa pars bonorũ,poſtquam actor ſeruauit ex parte ſua. vt in l.ob eã.ff.de præſ.verb.Sol.fateor ꝙ hoc facere poteſt : nec hoc hic negatur,ſed etiã agere põt ad intereſſe ſi vult. In fin.tex. ibi.[præſcriptis verbis.] dic contra hoc opp.ſ. e.de l. actiõe vbi agitur actione de dolo quando actio erat extincta.Sol.ibi.nõ poterat agere actione præ.ver.quia nõ impleuerat ex parte ſua,hic ſic.ideo ceſſat de dolo.& hic quia actor ſolũ promiſit renuntiare liti præſenti.& hoc fecit,& ſic impleuit.ſed ſi promiſit negatiuè nunquã amplius agere, tũc videtur ꝙ non potuerit implere. vt ibi not.ſed dic adhuc hoc idem. quia verum eſt ꝙ non potuit perfectè implere quouſq; viuit,ſed moriẽdo ſequitur implemẽtum.quia verum eſt dicere ꝙ nunquã amplius egit.Et ſi dicatur imò nõ eſt ſecutũ implementum, quia poterunt agere hæredes
